

A post Deianiram uxorem sumptam. In cena uino concalescens, Eurynomū puerum Architelij filium ministrantem, paruocq; errore lapsum, pugno scđū occidit inuitus. Qua ex re dolore perculsus, Cālydonia cum uxore Deianira Hiloq; puero ex ea orto recessit. Cum itinere ad Euenūm peruenisset flumē, Nessum centarum reperit, precio uiatores flumen transuehentem. Hunc tra ductam Deianiram uiolare conantem, muliere uiri opem implorante, Hercules sagitta transfixit: cum prius tamen Deianiram cognouisset. Moriturus ex uulnere, pollicitus est ei se amoris medicamentum traditurum, quo nullā præter se mulierem Hercules aliam appeteret. Iussit itaq; semine quod ex eo exciderat, cum oleo & sanguine ex sagitta defluente immixto, Herculis tunicam ungere. Quo dato consilio cum expirasset, illa clam Hercule quod mandatum erat asumpsit. Hercules transito fluuio cum Ceyco Trachinā regi obuiaisset, apud eum diuertit, Arcadum militum præsidio fultus. Deinde cum Philantus Dryopum rex templum Apollinis Delphicum diceretur uiolare, unā cum Meliesibus, armis aduersus eum sumptis, & regem peremit Dryopum, & incolis patria expulsis, eorum agros Meliesibus dedit. Filiam regis captiuam secum ducens compressit, ex q; ea filium suscepit Antiochum. Procreat etiam ex Deianira post Hilum filios duos, Gleneam, & Diopitem. Pulsi Dryopes quidam diuertentes ad Eubœam, ciuitatem condidere Caryston. Alij in Cyprum nauigantes, unā cum Cyprijs mansere. reliqui Eurysthei Hercules hostis præsidio freti, treis urbes in Peloponneso condidere, Afinen, Hermionen, Sionem. Orto deinde inter Dorientes, qui Estiæotes appellatur (ñs Egeus imperabat) Lapithasq; circa Olympum habitantes (quibus rex erat Coronus Phoronei filius) bello, cum præualerent copijs Lapithæ, Dorientes ad Herculem confugere. Is in belli societate accitus, pollicita tertia Doridis regionis parte, ac regno permisso, bellum unā cum Dorientibus aduersus Lapithas mouit: milites Arcades, qui apud eum semper erant, secum ducens. Horum præsidio usus, superatis prælio Lapithis, Coronum regem peremit: reliquos, multis occisis, e regione pro qua bellū suscitatum erat, coegit excedere. His actis, Egeum tertia præfecit parti sibi concessa, mandās ut eam suis posteris seruaret. in Trachinā transiens, Cyonū Martis ab eo prouocatus peremit. Deinceps ab leono profectus, per loca maritima ad Armeniū regem cum peruenisset, eius filiam Astidamiā sibi dari con nubio petijt. Quam rem cum abnuisset, sciens illi Deianirā uxore esse, bellū Hercules regi intulit: captaq; urbe, ac rege interfecto, Astidamiā captam stu prauit: genuitq; ex ea filiū Ctilippū. His gestis, in Aetoliā cōtra Eurythi liberos, quoniā Iole uxor ei antea negata fuerat, exercitū duxit. Cumq; Arcades ei opitularētur, urbe capta Eurythi filios occidit, Toxeū, Melionem, ac Pytium: Iolem captiuam secū ducens. Ex Eubœa in montē profectus est nomine Cineū: ibiq; sacra facturus, Lycam domesticū quendā ad uxore Deianirā in Trachinā misit, ut ei uestem qua in facris uti cōsueuerat, afferret. Hæc, cum à Lyca de amore Ioles percepisset, cupiens se omnib. in amore præferri, tunicā iuxta centauri consiliū tinxit. Hanc à Lyca rei in scio delatam Hercules indutus, medicamēti uī paulatim inualefcēte, torqueri maximo dolore cepit. Virus enim sagittæ ueneno uipereo infusæ corpus cōficiens, dolores ciebat in mēfos. Itaq; Lycā uestis laterē primum occidit: tum dimisso exercitu in Trachinā uenit. morboq; magis in diem ingrauescēte, in Delphos Licinium ad Iolauū misit, Apollinē morbi remedia suscitatum. Deianira calamitate Herculis stupefacta, cum causam tanti mali sciret à se profectā, laqueo excessit e uita. Responsum Apollinis iubebat ferri cum apparatu bellico Herculem in Oetam, ibiq; prope eum ingentem struī pyram: de reliquis, inquit Ioui curā fore. Qui cum Iolao erant, iussa Apollinis exequentes, quod futurū erat suspicabantur. Hercules desperata salute, in pyram cum ascendisset, rogabat